

DIONYSII HALICARNASSENSIS
ARCHAEOLOGIAE
ROMANAE

QVAE RITVS ROMANOS EXPLICAT
SYNOPSIS



A D O R N A V I T

ANIMADVERSIONES INTERPRETVM
SVASQVE

ET INDICEM IN VSVM TIRONVM LOCVPLETIOREM
A D I E C I T

DAVID CHRISTIANVS GRIMM
A. M. ET LYC. ANNAEM. R.

A C C E D V N T

AVCTARIA QVAEDAM

LIPSIAE

SVMTV WEIDMANNI HEREDD. ET REICHLI
C I D I D C C L X X X V I



2899



51523



Archaeologiae Dionysianae, qua scholae adhuc caruerunt, (nam Reiskiana quidem editio parabiliorem Dionysium tractabilioremque reddidit eruditibus, tironibus non item) ea fere ratio est, ut quae in ea sint cognita maxime necessaria et quorum causa adolescentibus imprimis sit commendanda, ea seligendi copiam sponte offerat, quod dubito, an praeter hoc unum, in ullo maiore autorum veterum opere eodem modo obveniat. Causa quippe sita est in copulati argumenti, quod pari diligentia ille persequitur, diversitate. Cum historia enim Romana ita coniungit rituum Romanorum explicationem, ut quanquam illa maiorem operis partem compleat, de hac non obiter tamen, sed ut plurimum separatis aequae, nec parvis iisdem segmentis, exponat, ad eamque non secus quam alteram propositi argumenti partem primariam, velut e via in stationem, ubi morari tantisper commodum ac volupe sit, haud raro devertat. Ac media, si qua sunt loca ad utramque perinde referenda, ut sunt fere non pauca, hanc habent opportunitatem, ut neutra seiuncta alterius subsidio plane destituatur, filumque adeo historiae, in antiquitatum enarratione segreganda, retineri quodammodo, aut si qua fuerit interruptum, resummi facile queat.

Huic accedit opportunitati illud, quod romanam quidem historiam ex aliis iam fontibus, nominatimque Livio, rituum autem romanorum notitiam paulo uberiores adhuc haurire tironibus nullam contigit, nisi e rivulis: unde et horum fontis degustandi eiusque primarii, eo avidiores esse volent ac velle debebunt, quo diutius eum frustra desiderarunt: quanquam, ut verius dicam, ignoti ne desiderium quidem eos capere potuit. Praetereo reliqua, quae, ut nunc est, non tantum Dionysii narrationi historicae, quantum antiquitatum eius explanationi tribuendum, ac non tam illius quam huius causa, scholis praesertim, commendandam eius Archaeologiam esse, evincant: quorum partim ab iis, qui passim graecos romanarum rerum scriptores cum latinis compararunt, *) sunt declarata, partim ex ipsa tum locorum utriusque generis, tum perpetua historicae narrationis Dionysianae cum Liviana comparatione, apparent.

Vnum

*) Ut inter alios, *Iustus Rycquius, de Capitolio Rom. c. 12.* cum dixisset, *templum Capitolinum vnum omnium accuratissime Dionysium descripsisse*, haec addit: *quae sane laus, supra latinis, graecis hominibus debetur in operibus aeternae urbis, ritibusque sacris aut profanis λεπτομερῶς examinandis, et ad memoriam posteritatis explicandis: quae Romani plerumque scriptores, visu atque usu quotidiano, velut fastidientes praeterierunt.* His fere similia sunt Io. Clerici ista: *Dionysius quoque Halicarnassaeus multo accuratius, eadem de causa, (sc. quod Graecus,) historiam Rom. scripsit. Sane praeterquam quod romani mores graecis erant exponendi, homo graecus aptior erat ad eos observandos, quam qui ab infantia iis adfuerat erant. Quae enim insolita nobis sunt, facilius animadvertimus, quam ea, quibus sumus adfuerat.* in *Art. Crit. 1, 3.* Sed aliter de rerum descriptionibus Dionysii, quam nos hodie, iudicasse olim Romanos, haud negaverim, indeque et quod non domesticus ac recentior erat scriptor, id mihi explico, quod Livius eum non allegaverit.

Vnum omittere nolui, de quo dixisse antea quenquam, non negare magis quam adfirmare auisim, me fugit enim: sed scrupulum mihi iniecerat, nec parvum momentum ad propositum meum mihi met diffuadendum vel certe elevandum habere videbatur. Quantilla enim, quaeri potest, antiquitatis romanae quae late patet, explicatio haec esse queat, quae ultra annum, V. C. CCCXII. non progrediatur, nec nisi quod ad singula fere minutatim persequenda sese demittat, corporis quiddam videatur sumere, quo re vera careat propter rerum paucitatem? Ego vero pauca ista quidem esse fateor, si cum magna reliquorum multitudine comparentur: haud contemnenda tamen arbitror, cum ea sint, quae non solum sint necessario praemittenda, sed et reliquorum, haud scio an facile omnium, semina contineant. Et quoniam quaelibet ars et scientia, ut via procedat, a principiis ordiri debet, vicissim quaeri potest: utrum fatius esse optabiliusque putemus, illane, quae desunt, an haec haberi, quae non desiderantur? Quorum alterum hoc tironibus certe, quibus haec dicata esse rituum romanorum electa cupimus, longe utilius erit, simulque efficitur, ut his, quam primum fieri liceat, ea tradantur, idque eo magis, quo propius, quod Reiskius in praef. p. XXII. *Dionysium*, ait, *scripsisse plane ut professorem h. e. ludimagistrum*, ad eadem attinere videatur.

Verum, si quid video, minus nocuit antiquitatibus, quam historiae, posteriorum Archaeologiae librorum IX. iactura, etiamsi vehementer est dolenda. Nam primum tempus ipsum, quod iisdem libris comprehenderat Dionysius, ab a. V. C. CCCXII. ad a. CCCCLXXXVII. seu belli Punici primi initia, quem operis sui terminum ipse praestituerat, bellis, quibus Italiam univrsam Romani suae adiecerunt

ditioni, continuo quippe gestis, clarius fuit, quam status civilis mutationibus aut novis institutis: quorum enarrandorum certe maiorem copiam varietatemque suppeditabat priorum librorum historia, quippe vrbe ipsa condita et ter mutata republica, vt tribunos militares Lib. XI. c. 60. commemoratos omittam, insignis. Deinde quod saepius iam observatum atque adeo reprehensum in Dionysio est, in multis de prisco aevo traditis, non pauca anticipavit ad aetatem posteriorem pertinentia: idque, quoniam factum est longe crebrius in rituum descriptione, quam per se fieri in narratione historica potuit, aevi eiusdem rituum iacturam quodammodo compensat, atque eatenus nostro ritus romanos separatim tradendi instituto prodest, licet si talia, non facta digressionem ad posteriorem aetatem, sed ita tradat, vt diserte prisca illis vel temporibus vel hominibus ea tribuat, merito sit reprehendendus, quod tempora permutet, nec accurate distinguat. Quaecunque autem rei huius causa esse fingatur, (quam cum rerum temporumque sit alias scrutator diligentissimus, in eo ponendam, si coniecturae venia detur, dixerim, quod ritus Romanorum, maluerit quodam apparatu auctos instructosque, quam rudiores ac tenues, quales in ipsorum initiis essent, popularibus suis tradere, vtpote ulterius, quam supra diximus, non progressurus, eiusque rei natam sibi licentiam forte putaverit ex eo, quod in prisca auctorum libris, e quibus suum opus concinnabat, talia vel prorsus omissa, vel obiter ac verbis ambiguis, h. e. priscae simplicitati aequae ac feriori ornatui communibus, *) commemorata videbat, ductus praeterea vel
suo

*) Huiusmodi v. c. sunt *triumphare, pompa, ludi, ferula, suffragia* et similia. *Plutarch.* in comparatione Romuli cum Theseo (p. 138.) dicit βασιλεῖς ἐθριάμβευσε, qui antea

suo vel aliorum quorundam studio, qui res romanas ornari ad graecorum admirationem simul ac *) delectationem cupidius volebant,) illud tamen planum est, non annorum totidem CCCXI. spatium, quo historia finitur, antiquitatum quoque expositionem Dionysianam terminari, sed ulterius, imo vero ad ipsius aetatem nonnunquam progredi. Vnde hoc amplius coniecere licet, quod supra iam indicavimus, in libris posterioribus nunc deperditis, pauciora forsan, certe non plura, non scitu tironibus magis, quam quae in prioribus leguntur, necessaria, memoriae eum prodidisse, quin et subinde quaedam, ut fere solet, semel iterumque iam dicta repetiisse, cuius modi sunt, quae de triumpho et ovationis discrimine 9, 71. itemque de classibus centuriisque et comitiis 7, 59. tradidit, iam ante 5, 47. et 4, 16. 17. pluribus verbis explicata.

His talibusque causis invitatus sum, ut abiectum, quod identidem subierat, consilium (nam univsum hoc genus eclogarium, quo vel in futuram coniecta diversorum auctorum loca, vel unius, ut nusquam corpus appareat, ita distracta velut membra quaedam ostenduntur, solo colligenti

a 4

antea p. 27. ingressum Romuli in urbem triumphis postea demum altis origine dedisse, dixerat. Ergo ἐθρίαμβευσε illo loco nihil fere aliud est, quam debellavit. Similis est fere ambiguitas in reliquis.

*) Eadem sustulit postea Dionysius in *Epitome Archaeologiae*, quam quinque libris edidit conscriptam, ut Photius autor est in *Bibliotheca, Cod. LXXIV*. ἀνεγνώθη τῶ ἀντιῶ συνοψις τῶν τῆς ἱστορίας ἑικοσι βιβλίων, ἐν πέντε βιβλίοις, ἐν ἧ μᾶλλον δοκεῖ ἑαυτῶ μὲν κομψότερος, ἀφηρημένος δὲ τὸ ἡδύνοον, εἰ καὶ τῶ χρησίμῳ μᾶλλον διαπρέπει.

gentis arbitrio commissa, nulla rerum naturali coniunctione ac ferie, qui fieri enim hoc potest? servata, me non amare ingenue fateor, licet sic aliorum, quibus cedo, iudicio, aut talium librorum utilitati nihil derogatum cupiam,) exsequerer tandem et loca ea colligerem, quibus romanam rem sacram et profanam, publicam et privatam, forensam et domesticam Dionysius exposuisset, quaeque utilitate pariter probarentur quam varietate rerum *) delectarent. Accessit insuper, quod illud adsequi me posse, eam ob causam quam statim initio indicavi, videbam, ut non iunctas continuatasque operis Dionysiani particulas, velut summoto corpore, distraherem, sed sparsas contra ac longioribus interdum intervallis disiectas ita continuarem et componerem, ut antiquitatum Dionysianarum corpus quoddam et imago tota, nulla insigniore parte destituta, in lectorum conspectum veniret, teneretque simul historiae ac sequeretur, velut ducis, vestigia. Idque fere in causa fuit, cur nec *epitomen*, **) quae si totius operis intelligitur, latius patet, quam fert talis opusculi ratio, si ad ritus spectat, angustius: nec *Chrestomathian*, quae lectorum primariam, rei non parem rationem adhibet, sed rituum, qui in Archaeologia Dionysiana explicantur, *Synopsin*, hunc librum inscribendum putarem.

Enimvero, quod minime dissimulandum est, haecenus magis, quid effectum voluerim, quam quod

*) Hanc delectationem agnoscit *Photius. l. c.*

**) Hoc nomine *Stephanus Byzant. de urbibus*, appellat in *Ἀρχειῶν* et *Κοινοῦ*, quam post eum *Synopsin* nominavit, ab ipso Dionysio scriptam, *Photius, loc. paulo ante cit. cf. Io. Alb. Fabricii Bibl. Gr. Lib. 3. p. 783.*

quod effecerim re ipsa, exposuisse videor, si quidem res in multis ac forsan plerisque locis, non tamen in omnibus, ex proposito ratione, bene successit. Vnde passim lineola —, notans verba, quae erant transfilienda, utpote ad rem praesertim minus pertinentia, crebrius, quam vellem, interiecta, non sensu quidem, at aspectu tamen lacunosam hic illic orationem exhibet. Loca etiam quaedam, non praetereunda, sed minora et promiscue ab auctore inserta, in notis, ubi commodum esse videbatur, subieci, reliquis inter auctoria ad calcem positis, quo et reieci lib. I excerpta de priscis Italiae habitatoribus, post reliqua demum, et ab iis, quibus haec quoque nosse placeret, legenda. Ac in uniuersum suspicor, fore nonnullos, qui iusto plura, nam pauciora minus vereor, me collegisse loca existiment. Sed habet semel hoc genus, quod ab initio veritus sum, suas difficultates easque non parvas, si lege quadam, non libidine, in eo versandum est. Quibus tamen deterreri nolui, quod partim, quae aegrius caveri posse constaret, excusatius ea errari credebam, partim videbam, si quid a me, hanc viam ingresso nullius antea vestigiis signatam, fuisset admissum, tamen sic quoque futurum, ut sua opusculo utilitas quaedam maneret: maluique cordatorum iudicum reprehensiones suscipere, quam illam negligere prorsus ac proiicere, quae monitis Virorum doctorum reprehensionibusque auditis, atque ita re propius ad perfectionem adducta, a qua nunc quidem longe abest, aliquando forsan vberior sperari queat.

Est autem haec libri utilitas, ut de ea quoque tirones paucis admoncam, satis varia. Praeter gemini enim usus commendationem, quam habet,

dum sermonis graeci simul ac rerum romanarum notitia haud contemnenda adolescentes imbuunt, tum harum continue magis subtiliusque, utpote ex fonte, in scholis explicandarum materiam, vel certe opportunitatem aliquam Magistris, si qui eo uti velint, praebent: graecae imprimis lectioni tironum privatae inservit, qui, cum genus dicendi sit valde perspicuum, res vero plerumque veritate enarrata, in eo procurrere et sine multa haesitatione poterunt, et invitati rerum iucunditate vel novitate etiam aliqua, volent. Quos enim, ut addam hoc de meae disciplinae addictis, cum librum graecum aliquem, maiorem puta, ipsi legere cuperent, meumque eo in eo genere explorarent consilium, ut fere suspicatus fueram, nunc rerum subtilitate, nunc orationis obscuritate aliqua, maxime vero ac saepissime, quod res essent, ac certe ipsis viderentur, non tales, quales hac quidem aetate nosse gestirent, aut sine interprete satis intelligerent, mox retardatos in hoc curriculo ac velut in incili haerentes cognovi, hos quamquam, quaeso, harum, quotquot sunt, difficultatum vlla impediri cogitandum est, quominus in hac lectione vel cum voluptate aliqua versari et pergere queant? Dos autem praecipua ac peculiaris libelli ea est, ut recta videatur occurrere fastidio eorum, quibus ob causas fere notissimas, graeca minus placent: quorum haud scio, an plurimi, nisi forsitan omnes, licet graece scriptum fere librum quemlibet negligant, hunc tamen neglectum velle nolint. Graeca his displicent, quod graeca sunt: nam quibus ea placeant, hi fere sunt, qui linguam eam propter se amant ac discere cupiunt, literarum quippe humaniorum penitus cognoscendarum admodum cupidi, sed in coetu quovis scholastico fere paucissimi. At in reliquorum

rum numero mihi aegre persuaferim, non iterum fore paucissimos, qui tum quoque abhorreant a graecis, cum ea non propter se, nec maxime, nedum vnice, sed aliam ob causam, eamque non magistrorum, id enim perinde esset, sed ipsorum opinione ac iudicio probabilem, tractari videant. Quenam autem fingi probabilior vlla aut cogitari potest, quam in rerum tali genere posita, cuius notitia carere se nolle facile consentiant omnes, aut si tamen malint, id certe fateri ipsos pudeat? Quid multis opus est, si hoc vnum addam, eos quoque, qui iuris studiosos se fore, i. e. autores graecos insuper se habere posse ostendant, id non posse intelligi velle, nisi eatenus, vt Dionysium, ad se pertinentia tradentem, excipiant? Atqui eadem sane sunt, non alia, quae hoc in libro collecta inveniunt, quae iuris romani eiusque historiae haud contemnendam particulam illustrant, imo vero fundant atque constituunt. Ita ergo liberalis, ita humanus est noster hic Dionysius, vt sese accommodet opinioni eorum, qui graeca per se amari nolunt, eoque efficit, vt tantillam eius linguae molestiam ac peregrinitatem, proposito maiore commodo, defugere initio dubitent, mox, sumto etiam ex successu rei animo, nolint. Atque haec de libri huius argumento dicta sunt.

Nunc superest, vt de animadversionibus pauca subiiciam. Constitueram initio Reiskianae editionis textum nusquam mutatum reddere, et notulas, siue aliorum siue meae essent, adspargere tantum eas, quibus de rerum personarumque nominibus propriis, quoniam in iis graece flectendis passim aberravit autor, tum de rebus ipsis e Livio reliquisque antiquitatis romanae fontibus, non omissis, clarioribus quibus lucem affundere visus est, monerem,

fatis

fatis id fore ad huius libri consilium arbitratus. Quibus si perpauca accessissent de Dionysii graecitate, imitationeque aliorum, ab interpretibus pleraque iam observata, vel haec auctarii numero habenda, reliqua autem omnia prorsus aliena esse ab instituti huius natura putabam. Ex quo vero non ubique me sequi Reiskianam recensionem posse videbam, hoc temperamentum adhibendum putavi, ut evidentes modo ac certas Viri sagacissimi emendationes in contextum reciperem, reliquas non item, easque cum coniecturis eius in margine collocarem. Eodemque modo versatus sum in Sylburgianis, quas passim cum Reiskio recepi, itemque Vaticanis lectionibus, quarum tamen multas, quae vitiosae aut levis essent momenti, ne indicavi quidem. Delectus is autem non semper sine crisi fieri poterat, quam tamen non omnia, sed duntaxat ad sensum necessaria persequentem et adolescentium captui accommodatam, a reliquis animadversionibus non seiungendam putavi. Id enim non pati huius libri ratio videbatur, quem nec vlllo huius generis novo adiuuare quodam subsidio mihi libris desertissimo licuit. Succrevit itaque, non omissis quae supra dixi, varii generis adnotationum numerus, quarum nonnullas ad ipsam locorum intelligentiam minus pertinentes, quam res et verba tironibus ulterius explicantes, in indicem contuli, ubi ab initio, Reiskianae editionis explicationes huiusmodi congerere decreveram, non paucas quippe ab ipso tanto hoc Viro datas, quibus committere, ut carerent tirones, religioni ducebam. Denique meas quasdam coniecturas, at perpaucas adieci, a reliquis, interpretum nominibus notatis, facile dignoscendas: quarum vna alterave si quid Dionysio, me profuisse intelligentiores iudicaverint, id magno mihi erit incitamento ad reliqua eius scriptoris, quae vel levius tractavi,

tractavi, vel intacta adhuc reliqui, diligentius persequenda. Et latere adhuc in Lapi versione verioris passim lectionis vestigia, apparere, vt alia omittam, vel ex eo potest, quod lib. 9. c. 52. ad verba ἔτε οἱ μετὰ τὸ προβέλευμα λαβόντες ὑπατοί, annotavi. Sed per omnia hanc versionem presse sequendi ac conferendi molestiam exhorruī, in longe plurimis frustra exhauriendam, forsan tamen aliquando cum particulatim id fieri liceat, non defugiendam. Ac si huius generis quaedam fuerint obvia, simul cum iis, quae forsan e Versionibus, Anglica et Francica, ab *Edward Spelman* illa, hac a *Gabriel Francisc. le lay*, editis *) notisque ac dissertationibus illustratis, accesserint, nisi tamen aut spes me fefellerit quaedam reperiendi, aut calci huius libri, quod nunc quidem spero, ea adlinere licuerit, separatim aliquando, si Deo fuerit visum, typis exscripta dabo. Hoc addo, quod est in Novis literariis Lipsicis superioris anni p. 938. a Viro Erudito, cui me devinctissimum profiteor, e programme quodam meo indicatum, pro ταμεία lib. 9. c. 71. me malle πομπεία, id aliter hic reperiri in nota ad h. l. vbi τὰ μείω, quod mihi postea venit in mentem, praetuli. Nec video, cur in eodem programme ad lib. 4. c. 59. med. et hic in nota ad loc. eund. pro ἐκ τῆς κεφαλῆς, non potius ἐκ τῆς αὐτῆς quam ἐξ αὐτῆς, quanquam parva est differentia, legendum coniecerim.

De indice, quid addam, nisi illud, quod quae habeam, in tanta rationum sententiarumque super
eo

*) Anglica Lond. 1759. 4. IV. Vol. Francica Paris. 1723. 4. II. Vol. Theodisca Io. Laurent. Benzleri. Lemgov. 1771. 8. II. Vol. sine notis, locorum vlcera non tangens, commodam ad sensum (id solum enim spectabat Vir Cl.) interpretationem exhibet.

eo genere varietate et differentia, vix dicere aufim? Non locupletio-rem, sed iusto fere ponderosio-rem evasisse, ipse non dissimulo. Priorum sex, et quod excurrit, librorum verba exhibet paene omnia, praeter usu quotidiano tritissima: reliquorum libro- rum non aequae multa. Sic factum est, quoniam privatae etiam tironum lectioni, quin et eorum vsui, qui linguam minus amarent, res ex hoc fonte haurire mallent, vt supra monui, destinaveram li- bellum, cui fore forsitan, vt aliquando contingeret nancisci interpretes scholarum Magistros, praevidere equidem non poteram, sperare confidentiae esse pu- tabam. Contra ea usu venire sciebam, vt, si frustra illi quaerent quaedam in indice e lexicis petenda, id aegre vt plurimum ferrent, si quidem non ita essent plerique sagaces et usu subacti, vt a tritioribus notionibus exquisitiores et magis scriptori cuique proprias facile distinguerent, sed omnes, quas ignorarent, in indice quaerent, et quasdam non inveniri, moleste ferrent: quam vel postremam, licet sane levissimam, privatae lectionis molestiam praevertere volui. Ac in univ-ersum hoc excerptorum genus *μικρολογίαν* quandam excusat, in in- tegri cuiusdam operis editione haud ferendam, ad quam tamen descendere eatenus, vt vernaculum indicem facerem, ob causas facile videndas, nolui: indicesque huiusmodi ad puerilis potius aetatis vsu- m nunc satis multi extant. Auctaria vero sine ani- madversionibus et indice verborum dedi, sola no- tata lectionis varietate ea, qua carere non posse lectores videbantur.

Sic igitur instructus prodeat e manu mea Diony- siolus meus et fortunam suam forsitan vix mediocrem experiatur: cui quidem nec ipse ita blandior, vt non multos in eo me naevos conspiciere, quos ab- esse

esse malim, ingenue profitear. Sed nec caret suis quibusdam Reiskii editio, quod eam a capite ad calcem pertractans, expertus sum. Annotata quidem eius singulis Voluminum calcibus adiecta, o quam vberem interpreti simul ac Critico suppeditant materiem! Sed reliqua eius opera, i. e. Hudsonianae emendatione, factum est, (qui vero aliter potuit in tanta occupatissimi Viri festinatione?) vt, quod vnum praeterire nolui, Lipsientis is Dionysius fat multis locis legi commode et intelligi nequeat, nisi editiones, Sylburgianam et Hudsonianam, e quibus promiscue in notis loca citata reperiuntur, *) iuxta se habeat positas: quarum vtrique hoc certe tributum est, vt legi per se ac sine alterius praesenti subsidio possit. Equidem non detrahendi studio hoc attigi, sed ne opella haec mea frustra collocata et supervacua prorsus videatur tironum iis, quibus comparandi facile integri Reiskiani operis copia suppetit, cuius per reliqua omnia, nominatimque apud eruditos, pretium ac decus non potest non, parte nulla deminutum, constare, cuiusque paginas et in margine notavi perpetuo, et quoties loca erant laudanda, quae in hoc libro non extant, semper allegavi.

Quod si vero nec omnibus haec mea cura videbitur eorum vsibus omnino respondere, quibus eam destinatam esse volui, quod in variorum, qui iuventuti

*) Sic p. 1915. quinque citantur *paginae ed. Hudf.* et mox p. 1920 not. g. et 1917. not. b. *pagg. ed. Sylb.* cf. ad p. 1983. not. g. vbi et alteri loco per errorem additum est: *iuxta edit. Hudf.* cum pagina sit *editionis Sylb.* Huc pertinet etiam, quod notae interdum ex illis editionibus transcriptae ad mutatum Reiskianae contextum non quadrant, vt p. 569. not. l. et p. 670. not. x.


tuti in hoc tali genere consultum cupiunt, tam varia ratione et sententia, vix sperandum est: omnes tamen in eo, credo, consentient, illud vnum certe me esse adsecutum, quod initio intenderam, h. e. Dionysii Archaeologiam, detracta legendae eius, cum ipsa mole, molestia, e virorum doctorum scriniis et cathedra in tironum subsellia me devocasse. Quo ipso si his me profuisse quodammodo putabunt ad sermonis graeci simul, ac antiquitatis romanae cognitionem, me voti mei damnatum et magno laboris mei praemio ornatum existimabo. Maximum vero erit illud, si evenerit aliquando, ut et ii, qui graecos libros fastidiunt, hunc tamen, argumenti eius, i. e. rerum, quas ignorare pudor est, dignitate allecti, haud negligendum putent. Idque huic libro, si vnquam vlli, fore ut contingat, eo magis speraverim, quo minore simul ad eum legendum graecae linguae facultate opus est, quam plerique, utpote ab initiis vix paulo progressam, mature, ut nunc est, in scholis hauriunt, mox vero, (traditis eiusmodi libellis, qui res aut mixtas ex omni genere et parum cohaerentes, aut ab ipsorum rationibus nimis remotas, ut ex historia Graecorum, Persarum, taliumque gentium, itemque ex vetere scientia civili et ipsa philosophia ductas, continent,) plerumque non augeri, sed deminui paulatim sentiunt et sinitunt: quod fore ut hunc legentibus aequae accidat, qui res, omnium opinione cognoscendas omnibus, tradit, idque oratione maxime perspicua, haud vereor. In reliquis lectioni, quam vocant, statariae, i. e. rebus, quae traduntur, paulo vberius explicandis, consulere volui, in quo eum tenere delectum, qui omnibus probetur, rem esse intellexi valde difficilem et lubricam. Monere pauca, plurima relinquere lectoribus, est commodissimum, peritioribus probatissimum, atque

eatenus

eatenus optimum. Sed dubito, an sit semper optimum, et libro, qui privatae quoque tironum lectioni destinatur, accommodatissimum. Enim vero ad laudem, quae aliis debetur, Dionysii passim illustrandi, nec volui adspirare, nec debui, neque, ut verum dicam, potui. Ac si quid forsan melius, quam antehac, fuerit a me in notis explicatum, id, si locorum comparatione effectum est, non in laude, sed attentae editoris officio ponendum arbitror, sin conjectura quadam mea, velim tanquam aliud agenti mihi succurrisse, lectores existiment. A quibus et illud, oro rogoque. ut ad singula, quae legere volent, segmenta, *addenda et corrigenda* ad calcem libri secundum paginas digesta, conferre ac perlustrare velint: quod cur petiverim, ut facerent, ipsi statim videbunt. His praeterea Viris Doctissimis, quos venerari nunquam desino, quorum suavis partim et approbatione, partim consilio ac monitis adiuvari in adornando hoc opusculo mihi contigit, gratissimum publice profiteor animum, cuius animi mei vel hoc tanquam pignus habebunt, quod intelligent, monitis ipsorum me, quantum fieri potuit, audientem fuisse.

De ipso Dionysio autem eiusque Archaeologiae vel virtutibus vel vitiis quibusdam generatim differere in hac praefatione supersedere me posse putavi, cum eadem partim in praefationibus testimoniisque Reiskianae editioni praemissis, partim in Io. Alb. Fabricii Bibliotheca graeca et b. Gottleberi Observationum in quaedam loca Dionysii Halicarnassensis, quibuscum aliquot Livii loca comparantur, Specim. I. III. et IV. in Novis actis Erudit. 1771. itemque in

ill. Harlesii Introd. in historiam linguae graecae, satis exposita leguntur: ea denique, quae in Dionysii vel graecitate, vel rerum expositione ipsa passim reprehendenda videntur, quorum fere in synopsin hanc cadunt paucissima, ad loca singula in notis partim ac indice, partim in addendis, a nobis sunt indicata, e quibus in summam collectis, non solum de illis, verum etiam de sermonis latini scientia, vix supra mediocrem illa, certe non satis magna, quam ad hoc opus Dionysius attulit, quantum satis est, a tironibus fieri iudicium poterit.



ARCHAEOLOGIAE DIONYSIANAE SYNOPSIS.

SEGM. I.

De Deorum simulacris ab Aenea in Italiam deportatis, s. de Penatibus et Palladio.

Νεὸς ἐν Ῥώμῃ δέκνυται τῆς ἀγορᾶς ἐ πρὸσω, e Lib. I. LXVIII. p. 170. l. II. ed. Lips. Templum Penatium sub Veliis.
κατὰ τὴν ἐπὶ Καρινᾶς Φέρεσαν ἐπίτομον ὁδόν, ^a ὑπεροχῇ σκοτεινὸς ἰδρυμένος ἐ μέγας. λέγεται δὲ κατὰ τὴν ἐπιχώριον γλῶτταν, ^a Ὑπελαίαις τὸ χωρίον. ἐν δὲ τέτῳ κέντα τῶν Τρωϊκῶν Θεῶν εἰκόνες, ἀπασιν ὄραν, ΔΕΝΑΣ ἐπιγραφῆν

a. ὑπεροχῇ, an forte legendum ὑπ' ὀροφῆς σκοτ. *sub tecto*: vt ita haec aedes distinguatur a *facellis*, quae dicuntur loca diis sacrata sine tecto. Festus v. *facellum* p. m. 23c. De reliquis vid. ind. in ὑπεροχῇ. σκοτεινός vt ὑπόγειος ἰδρ. 2, 31.

Ὑπελαίαις. Casaub. ad Aur. Victoris Epitom. c. 1. p. 35. ed. Pitisc. scribi debere putat Οὐέλαια τὸ χωρίον, e Varrone, de vita pop. Rom. 1, 13. *Tullum Hostilium* in Veliis, *vbi nunc est aedes deorum Penatum*: citatque etiam *Festum* in voc. *Mutium*. Vulgatae tamen propius accedit ὑπελαίαις, vt exprimat *sub veliis*: quanquam parum sibi constat Noster in vocis huius scriptura, cf. ad 5, 19. a. et 5. 48. k. *Ad.*

Φὴν ἔχουσα, δηλῶσαν τὲς Πενάτας. δοκεῖ γάρ
 μοι, τῷ Πημήνω γραμματος εὐρημένε, ^b τῷ δέλ-
 τα δηλῶν τὴν ἐκείνε δύναμιν τὲς παλαιῆς, εἰσὶ δὲ
 Penatium
 forma. νεανία δύο καθήμενοι, δόρατα ^c διεληφότες, τῆς
 παλαιᾶς ἔργα τέχνης. πολλά δὲ καὶ ἄλλα ἐν ἱε-
 ροῖς ἀρχαίοις εἰδῶλα τῶν Θεῶν τέτων ἐθεασά-
 μεθα, καὶ ἐν ἅπασιν νεανίσκοι δύο στρατιωτικά
 σχήματα φαίνονται ἔχοντες. ὁρᾶν μὲν δὲ ταῦτα
 ἔξεσιν, ἀκῆσιν δὲ καὶ γράφειν ὑπὲρ αὐτῶν, ἃ
 Καλλίστρατός τε ὁ περὶ Σαμοθράκης συνταξάμε-
 νος ^d ἰσορεῖ, καὶ Σάτυρος ὁ τὲς ἀρχαίας μύθους
 συναγαγὼν, καὶ ἄλλοι συχνοὶ, παλαιότατος δ'
 ὧν ἡμεῖς ἴσμεν, ποιητῆς ^e Ἀρκτίνος. λέγουσι γὰρ
 ὡδε Χρῦσην τὴν Πάλλαντος θυγατέρα γημαμένην
 Δαρδάνω, φερεῖν ἐπενέγκασθαι δωρεῆς ^f Ἀθη-
 ναῖς, τὰ τε Παλλάδια καὶ ^g τὰ ἱερά τῶν μεγά-
 λων Θεῶν, διδασχθεῖσαν αὐτῶν τὰς τελετάς.
 ἐπειδὴ δὲ τὴν ἐπομβρίαν φεύγοντες Ἀρκάδες Πε-
 λοπόννησον μὲν ἐξέλιπον, ἐν δὲ τῇ Θρακίᾳ νήσω
 τὲς βίβς ἰδρῦσαντο, κατασκευάσαι τὸν Δάρδανον
 ἐνταῦθα τῶν Θεῶν τέτων ἱερόν, ἀρέψθης τοῖς
 ἄλλοις

Penates
 et Palladia
 unde?

- b.** Hudson arbitratur, initio fuisse PENAS i. e. Penates: postea ex oblitterata linea deorsum producta literae P, visum esse D, quod antea fuerat P.
- c.** δ' εἰληφότες. Cod. Vat. Sed vid. ind. v. διαλαμβ. — Quod opera antiquae artis, adeoque rudis, fuisse additur, id favet narrationi eorum, qui mera κηρύκεια, καθύπευθε, fuisse audiverant, ut Timaeus historicus, cuius c. 67. verba laudantur, p. 170. ed. Reisk.
- d.** Recepti e Cod. Vat. pro vulg. ἰσορίαν, probante, ut opinor, Reiskio in praefat. p. xi: v. ac sensu verbum eiusmodi desiderante. Sylburg post Ἀρκτίνος in fine repetendum putabat ἔγραψαν.
- e.** Sic reposui pro Ἀρκτίνος e Vat. et Lapi cod. it. Reg. 2. probante et Vossio de poet. gr. c. 2. adde not. p.
- f.** Cur dona a Minerva acceperit Chryse vid. ind. v. Πάλας.
- g.** v. ind. v. ἰσρά. De magnis Diis v. not. r.

ἄλλοις ποιῆντα τὰς ἰδίας αὐτῶν ὀνομασίας, καὶ ^{e Samo-} ^{thrace, ubi}
 τὰς τελετὰς αὐτοῖς, τὰς καὶ εἰς τὸδε χρόνον γι- ^{Ceremo-}
 νομέναις ὑπὸ Σαμοθράκων, ἐπιτελεῖν. ὡς δὲ με- ^{niar. s. my-}
 τῆγε τῆ λαῶ τὴν πλείονα μοῖραν εἰς τὴν Ἀσίαν, ^{go:}
 τὰ μὲν ἱερὰ τῶν Θεῶν καὶ τὰς τελετὰς τοῖς
 ὑπομείναςιν ἐν τῇ νήσῳ καταλιπεῖν τὰ δὲ Παλ-
 λάδια καὶ τὰς τῶν Θεῶν εἰκόνας ^h κατασκευα- ^{deportan-}
 σάμενον ἀγαγέσθαι μετ' αὐτῆ. διαμαντεύμενον ^{tur Ilium,}
 δὲ περὶ τῆς οἰκίσεως τὰ τᾶλλα μαθεῖν, καὶ περὶ
 τῶν ἱερῶν τῆς Φυλακῆς τὸν δε χρησμὸν λαβεῖν

Εἰς πόλιν, ἣν κτίσητε, Θεοῖς σέβας ἀφθιτον
 αἰεὶ

Ἰθεῖναι, καὶ φυλακαῖς τε σέβειν θυσίαις τε
 χοροῖς τε.

Ἐὐτ' ἂν γὰρ τάδε σεμνὰ καθ' ὑμετέραν ^k χῶ-
 ραν ἦ

Δῶρα Διὸς κέρης ^l ἀλόχῃ σέθεν, ἣ δὲ πόλις
 σοι

Ἔσα ἀπόρθητος τὸν αἰεὶ χρόνον ἡματα πάντα.

A 2

Δάρ-

h. Legendum forte ἀνασκευασάμενον vel συσκευασάμενον, vt significet, simulacra ista non tunc primum a Dardano fabricata, sed convasata, seu cum ceteris suppellectilibus esse collecta. Sylb. καὶ τὰς τ. Θεῶν Reisk. Artic. τὰς vulgatis deest. — Paulo supra ἐπιτελεῖν est inf. aor. 2.

i. Subaud. θέλε aut μέμνησο. Neque enim a Dionysii verbis χρησμὸν λαβεῖν ista pendent.

k. χθόνα μίμνη Vat. Pro εὐτ' ἂν malit Reisk. ἐς τ' ἂν donec.

l. dona a Iovis filia uxori tuae data. Durior in graeco Syntaxis, ferenda tamen praesertim in huiusmodi verbis: et nihil mutandum censet Portus. Sed Sylburg malit ἀλόχῃ, cui lectioni favet Cod. 2. Reg. Reiskio videtur distinctione opus esse post ἀλόχῃ, vt fit h. l. Minervae epitheton ἀλοχος, innupta: deinde iungit σέθεν ἥδε (vno vocabulo) πόλις σοι etc. quasi dixisset ἥδε ἡ πόλις σε ἔσα σοι.

LXIX. Δάρδανον μὲν ἔν ἐν τῇ κτιθείσῃ τε ὑφ' ἑαυτῷ
καὶ ὀνομασίας ὁμοίας τυχέσῃ πόλει τὰ ἔδη κα-
ταλιπεῖν. Ἴλιος δ' ἐν ὑσέρῳ χρόνῳ συνοικιοθέντος,
ἐκεῖ μετενεχθῆναι πρὸς τῶν ἰγγόνων αὐτῷ τὰ
ιερά. ποιήσασθαι δὲ τὰς Ἰλιεῖς νεῶν τε καὶ ἀδυ-
τον αὐτοῖς ἐπὶ τῆς ἀκρας, καὶ φυλάττειν δι' ἐπι-
μελείας ἢς ἐδύναντο πλείους, θεόπεμπτά τε ἡγ-
μένους εἶναι, καὶ σωτηρίας κύρια τῇ πόλει. ἀλίσ-
κομένης δὲ τῆς κάτω πόλεως, τὸν Αἰνεῖαν ἢ κύ-
ριον τῆς ἀκρας γινόμενον, ἄραντα ἐκ τῶν ἀδύτων
τά τε ἱερά τῶν μεγάλων Θεῶν, καὶ ὃ, περ' ἔτι
περιῖν Παλλᾶδιον ἑτάτερον. γὰρ Ὀδυσσεῖα καὶ
Διομήδη νυκτὸς εἰς Ἴλιον ἀφικομένους ὁ λαβεῖν.
οἴχεσθαι τε κομίσαντα [τὸν Αἰνεῖαν] ἐκ τῆς πό-
λεως, καὶ ἔλθειν ἄγοντα εἰς Ἰταλίαν. Ἕ Ἀρκτί-
νος

tum, surre-
pto vno
palladio,
in Italiam.

m. ἐγγόνων vel ἐκγόνων malunt *Syllb. et Portus*, vt et
Lapus legisse videtur: ἐγγόνων est in *Cod. 2. Reg.*
quod recepi pro vulg. συγγόνων.

n. καρτερόν τ. ἀκ. *Vat.* consentit *Cod. 2. Reg.* Cete-
rum aut pendens hic constructio est, accusativos τὸν
Αἰνεῖαν, γενόμε. ἄρ. nullo infinitivo sequente, et ἄραν-
τα accipiendum pro ἄρα, aut quod malim, post λα-
βεῖν, pro puncto, ponendum est colon, vt verba ἑτά-
τερον — λαβεῖν in parenthesi legantur, et mox se-
quentia τὸν Αἰνεῖαν, vt suspecta, vncinis sunt inclu-
denda (videntur enim e superioribus esse repetita a
glossatore) atque ita superiora illa cum infinitivis post
parenth. positis οἴχεσθαι et ἔλθειν iungenda. Amat
Noster, vt qui maxime, parentheses.

o. νυκτὸς Φασίν εἰς Ἴλ. ἀφικ. κλοπῇ λαβεῖν, *Vat.* et
Lapus: furto abstulisse aiunt. cf. 2, 66. post *not. l.*
vbi etiam additur κλοπῇ.

p. Sic iterum, non Ἀρκτίνος, *Vat.* et *Lapi* codd. vt et
2. Reg. Ex *Io. Canabutio ἀνεκδότῳ* in *Bibl. Vindob.*
affervato, omnino legendum Ἀρκτίνος. *Hudf. vid. ind.*
Mox εἶναι, et paulo supra, post *not. m.* φυλάττειν,
praesentis infinitivi, aoristorum infinitivis immiscen-
tur, quae frequens est temporum variatio bene grae-
cis, praesertim historicis. v. *Brunck. ad Eurip. Hec.*
vers. 21.

νος δὲ Φησιν, ὑπὸ Διὸς δοθῆναι Δαρδάνῳ Παλλάδιον ἓν, καὶ εἶναι τέτο ἐν Ἰλίῳ, ἕως ἢ πόλις ἤλισκετο, κεκρυμμένον ἐν ἀβάτῳ. εἰκόνα δ' ἐκείνη κατασκευασμένην ἢ μηδὲν τῆς ἀρχετύπε διάφορον, ἀπάτης τῶν ἐπιβελουόντων ἕνεκα, ἐν Φανεραῖ τεθῆναι, καὶ αὐτὴν Ἀχαιοὺς ἐπιβελούσαντας λαβεῖν. τὰ μὲν ἔν ἐῖς Ἰταλίαν ὑπ' Αἰνεΐς κομιθέντα ἱερά, τοῖς εἰρημένοις ἀνδράσι περὶόμενος, γράφω ἑ τῶν τε μεγάλων Θεῶν εἰκόνας εἶναι, ἕς Σαμοθραϊκῆς Ἑλλήνων μάλιστα ὀργιάζουσι καὶ τὸ μνησθευμένον Παλλάδιον, ὃ φασὶ τὰς ἱεραὺς φυλάττειν παρθένης ἐν ναῶν κείμενον Ἑσίας, ἔνθα καὶ τὸ ἀθάνατον διασώζεται πῦρ. ὑπὲρ ὧν ἐν ὑτέρῳ λεχθήσεται λόγῳ. — καὶ περὶ μὲν τῶν Τρωϊκῶν ἱερῶν τοσαῦτα εἰρήδω.

II.

Reges post Aenean Albani XV. Roma quando condita? Reges Romani VII.

Ἰ Ἀσκάνις δὲ ὀγδόῳ καὶ τριακοσῷ ἔτει τῆς βασιλείας τελευτήσαντος, παρέλαβε τὴν ἡγεμονίαν Σιλβίου, ἀδελφὸς ὧν Ἀσκάνις, μετὰ τὸν Αἰσκανίους θάνατον γενόμενος ἐκ ἰ Λαύνας τῆς Λατίνης

LXX. p.
175. l. 12.
Ascanius
Silvius.

A 3

Συγα-

- q. Ita Vat. pro vulg. μηδὲ ἓν, ac recipiendum fuisse censuit Reisk. praef. p. xiv.
- r. Ergo magni dii, vt ex hoc cap. apparet, ipsi Penates Dionysio esse videntur, quae communis est veterum opinio. Totum hunc locum inter classici de Penatibus et Palladio laudat Ill. Heyne et passim illustrat in Exc. IX. ad Virg. Aen. 2. p. 246. sqq.
- a. Eadem est, quam c. 59 et 60. p. 150 et 152. ed. Lipf. Λαῦναν scribunt vulgatae: utroque loco Λαυίναν Vat. Ad locum priorem monet Sylburg, cum Latini *Laviniam* vocent et *Lavinam*, fieri posse, vt Dionysius, si non *Λαυίναν* aut *Λαυίναν*, at saltem *Λαῦναν* scripserit.

θυγατρὸς, ὃν Φασιν ἐν τοῖς ὄρεσιν ὑπὸ τῶν νο-
 μῶν ἐκτραφῆναι. τῷ γὰρ Ἀσκάνιῳ παραλαβόν-
 τος τὴν βασιλείαν, περιδεῆς ἢ Λαΐνα γενομένη,
 μή τι δεινὸν ὑπ' αὐτῷ πάθῃ κατὰ τὸ τῆς μη-
 τρυᾶς ὄνομα, ἐγκύμων ἔσα, δίδωσιν ἑαυτὴν ὁ Τυρ-
 ρῆνῳ τινὶ ὁ συφορβίῳν ἐπιμελητῇ βασιλικῶν, ὃν
 ἴδει Λατίνε γεγόμενον ἐν τοῖς μάλιστα προσήγορον.
 ὁ δ' εἰς ὕλας ἐρήμους ἀγαγὼν αὐτὴν ὡς τῶν ἐπι-
 τυχσῶν τινα, φυλαττόμενος ὀφθῆναι τοῖς εἰδό-
 σιν, ἔτρεφεν ἐν τῇ νάπῃ κατασκευάσας ὁ οἴκησιν.
 ἧς τὸ ἐγκυμονέμενον ἀποκυησάσης, ἀναιρεῖται ἑ τε
 καὶ τρέφει, Σιλβίον ὀνομάσας ἀπὸ τῆς ὕλης,
 ὡσπερ ἂν εἴ τις Ἑλλάδι γλώσση λέξειεν Ὑλαῖον.
 χρόνος δὲ προϊόντος, ὡς πολλὴν ζήτησιν ἔγνω τῆς
 γυναικὸς ὑπὸ τῶν Λατίνων γενομένην, καὶ δι' αἰτίας
 ὄντα παρὰ τῶν πλήθει τὸν Ἀσκάνιον, ὡς ἀνηρη-
 κότα τὴν παιδίσκη, φράζει τῷ δήμῳ τὸ πρᾶγμα,
 καὶ τὴν ἀνδραποκὸν ἀγει μετὰ τῷ παιδὸς ἐκ τῆς
 νάπης. τύχη μὲν δὲ τοιαύτη χρησάμενος Σιλβίος,
 τὴν εἰρημένην ἔσχεν ὀνομασίαν, καὶ τὸ ἔξ ἐκείνης
 γένος ἅπαν ὁ τὴν βασιλείαν παρέλαβεν, ἐπειδὴ
 τὸν

vnde Silvii
 nomen?

- b. Τύρρῳ Gelen. et Port. legunt ex Virg. Aen. 7, 485.
 et Autore de Orig. gent. Rom. c. 16. Sed sine libris
 nihil mutandum, et error hic auctoris suspicandus est.
- c. Sylb. et Port. coniecturam συφορβίῳν seu συφορ-
 βίῳν, pro vulg. συφορβῶν firmat Cod. Vat. in quo
 est συφορβίῳν, vt et Virgil. et Aut. de Orig. gent.
 Rom. apud quos *Tyrrhus* magister est *regii pectoris*.
 Quanquam, vt ait Sylburg, et *greges pariter, et pa-*
stores gregarii h. l. possunt intelligi. Hudf. Recipi
 vult συφορβίῳν Reiskius, vt mox Λατίνῳ, etiam e
 Cod. Vat. pro Λατίνε praef. p. xiv. De voc. προσή-
 γορος vid. ind.
- d. οἴκησιν, ἔ πολλοῖς γνώριμον. καὶ τὸ παιδίον γεγόμε-
 νον ἀναιρεῖται ἑ τε. Vat. et Lapi Cod. Hudf.
- e. ἅπαν τὴν δὲ βασ. παρ. Gelenius ita legit, et probat
 Sylb. quanquam vulgatam sequitur *Larus*. Corre-
 ctione opus esse propter sequentia ἐπ. τὸν ἀδελφὸν
 αὐτῷ

τὸν ἀδελφὸν αὐτῷ τελευτήσασιν συνέπεσεν, ἰ ἀμφίλογον γενομένην πρὸς ἓνα τὸν πρεσβεύσαντα τῶν Ἀσκανίᾶ παιδῶν Ἰέλον, ἰ ἀξιῶντα τὴν πατρώαν ἀρχὴν διαδέξασθαι. τὴν δὲ ἠ δίκην ἐπεψήφισεν ὁ δῆμος, ἀλλοῖς τε ὑπαχθεῖς λόγοις, καὶ ἐχ ἠκίσα, ὅτι μητρὸς ἦν ὁ Σιλβίος ἐπικλήρῃ τῇ ἀρχῇ. Ἰέλω δ' ἀντὶ τῆς βασιλείας ἱερά τις ἐξέστια προσετέθη καὶ τιμῇ. — ἦν ἔτι καὶ εἰς ἐμὲ τὸ ἐξ αὐτῶ γένος

A 4

γένος

αὐτῷ etc. vix dubitandum. | Sed utrum Gelenii, an alia sit probanda ratio, non constat. Nam aequè legi potest, ὡς καὶ τὸ ἐξ ἐκ.γ. ἅπαν, καὶ τὴν βασ. vel ita: καὶ, ὡς τὸ ἐξ ἐκ.γ. ἅπαν, τὴν βασ. vel denique, vt, post ἅπαν, καὶ simpliciter inseratur. Magis autem mihi arrident lectiones eae, quibus *nomen*, quam quibus *regnum*, genti Silviae accessisse docetur, quoniam de illo, non autem de hoc praecessit narratio, cf. Chron. Euseb. haec: *Silvius Postumus* etc.

| Add.

- f. ἀμφίβολον Vat. et Lapi Cod.
- g. Eadem de Ascanio eiusque filio Iulo, et Silvio, Aeneae postumo, tradit Victor Or. G. R. c. 16. 17. it. Virg. Aen. 6, 763. Sed. aliter Liv. 1, 3. Serv. ad Virg. l. c. et Ovid. Fast. 4, 40. sq.
- h. Portus vertit: *litem diremit populus*, et melius legi coniicit ἐψήφισεν, vel ἀπεψήφισεν, quod idem valeat, ac ψήφοις διέλυσεν. Sed autor non hoc simpliciter tradere videtur, *populum litem diremisse*, quoniam causas statim subiicit, cur Silvio regnum sit datum. Hinc τὸ ἐπεψήφισε reddendum potius putabam *adiudicavit*, quod tandem Reiskio quoque placuisse vidi, vt subaudiendum esset τῷ Σιλβίῳ. Sed quoniam id ipsum nomen subsequitur, idque adeo in verbis τὴν δὲ δίκην. ἐπεψ. ὁ δῆμος intelligi commode nequit, malim ista verba reddere: *rem autem comprobavit populus*, vt δίκη significet *causam iustam*, i. e. hoc ipsum, quod *Silvius*, vt paulo ante, et cap. huius init. fuerat dictum, *regnum suscepit*, cuius contrarium ἰ σὺν δίκῃ de Amulio occurrit c. 71. et ἐπιψηφίζειν idem h. l. fit, quod ἐπικυρῶν *ratum facere, approbare*. vid. ind. ἐπιψηφ. Atque ipse Portus h. l. *confirmandi* sensum in hoc verbo agnovit. — Mox cum Lapo et Gelenio Ἰέλοι leg. pro vulg. Ἰέλοι. Sylb.

γένος ἐκαρπῆτος, Ἰέλιοι κληθέντες ἀπ' ἐκείνου. —

LXXI p. 177 l. 15
Acncas Silv.
Latinus Silv.
Alba Silv.
Capetus Silv.
Capys Silv.
Calpetus Silv.
Tiberinus Silv.
Agripa Silv.
Allades Silv.
p. 179. l. 6.
Aventinus Silv.
Procas S.
Amulius Silv.

Σιλβίος δ' ἑνὸς δέοντα τριάκοντα ἔτη κατασχόν-
τος τὴν ἀρχὴν, Αἰνείας υἱὸς αὐτῷ διαδεξάμενος
τὴν δυναστείαν, ^k ἐνὶ πλείω τριάκοντα ἐτῶν ἐβα-
σίλευσε. μετὰ δὲ τῷτον, ἐν καὶ πενήτηκοντα Λατῖ-
νος ἤρξεν ἔτη. Ἄλβας δὲ μετὰ τῷτον ἑνὸς ἰ δέον-
τα τετταράκοντα ἐτῶν ἐβασίλευσε. μετὰ δ' Ἄλ-
βαν Κάπετος ἐξ ἐπὶ τοῖς εἴκοσιν. Ἐπειτα Κά-
πυς, δυσὶν δέοντα τριάκοντα. μετὰ δὲ Κάπυον,
Κάλπετος ἄχρι τρισκαίδεκα ἐτῶν κατέσχε τὴν
ἀρχὴν. ἐξῆς δὲ Τιβερίνος ὀκταετῆ χρόνον ἐβασί-
λευσε. τελευτήσας δὲ τῷτον ἐν μάχῃ παρὰ πο-
ταμῷ γενομένη λέγεται παρενεχθεῖς δ' ὑπὸ τῷ
ῤευματός, ἐπώνυμον ἑαυτῷ κατέλιπε τὸν ποτα-
μὸν, Ἄλβλαν καλούμενον πρότερον. Τιβερίνη δὲ
διάδοχος ^m Ἀγρίπας ἐν καὶ τετταράκοντα ἐβα-
σίλευσεν ἔτη. μετὰ δ' Ἀγρίπαν, Ἀλλάδης, τυραν-
νικὸν τι χρῆμα καὶ Θεοῖς ἀπεχθόμενον, ἑνὸς δέον-
τα εἴκοσιν. — Ἀσεντῖνος δὲ παρὰ τῷτε τὴν ду-
ναστείαν διαδεξάμενος, ἔ τῶν ἑπτὰ λόφων τις ἐπώ-
νυμος ἐγένετο τῶν συμπεπολισμένων τῇ Ῥώμῃ,
τριάκοντα καὶ ἑπτὰ ἔτη τὴν ἀρχὴν κατέσχε.
Πρόκας δὲ μετὰ τῷτον ἔτη εἴκοσι καὶ τρία. ἔπει-
τα Ἀμέλιος, ⁿ ἔ σὺν δίκη τὴν βασιλείαν κατα-
σχών

i. ἑνὸς δέοντα defunt Vat.

k. Dicitur et ἑνὸς πλείω et ἐνὶ πλείω apud probatissimos
scriptores. Hic autem χρόνον subaudiendum esse mo-
nuerunt Sylb. et Port. *Αἰδ.*

l. Hic etiam ex Sylb. et Porti sententia subaud. χρόνον.
Sed pro ἐτῶν in Vat. est ἔτη.

m. Ἀγρίππας et infra Ἀγρίππαν Vat. et Lapi codd.

n. In editis legitur ὅς ἔ σὺν δίκη. Sed ὅς vel tollendum,
vel reponendum κατέσχευ, vel legendum ὁ ἔ σὺν,
censet *Portus*. Verum omittit articulum ὅς Vat. cuius
lectionem praetuli, quoniam et *Reiskio* sic placuit
praef. p. xiv. et ὅς, quod in vulgatis legitur, e prae-
cedenti voce in ος desinente, repeti potuit. Sin ὅς
cum

σχῶν ° Νομίτωρι προσήκεσαν, ὅς ἦν αὐτῶ πρεσ-
 βύτερος ἀδελφός, δύο καὶ τετταράκοντα ἔτη δυ-
 νασεύει. Ἀμελίς δ' ἀναιρεθέντος ὑπὸ Ῥωμύλε
 καὶ Ῥώμῃ, τῶν ἐκ τῆς ἱερᾶς κέρης γενομένων, —
 μετὰ τὸν ἐκείνη θάνατον ἀπολαμβάνει τὴν κατὰ
 νόμον δυναστείαν Νομίτωρ ὁ τῶν νεανίσκων μητρο-
 πάτωρ. τῶ δ' ἐξῆς ἔτει τῆς Νομίτωρος Ῥ. ἀρχῆς,
 δευτέρῳ δὲ καὶ τριακοσῶ καὶ τετρακοσιοσῶ μετὰ
 τὴν Ἰλίε ἀλωσιν, ἀποικίαν στείλαντες Ἀλβανοὶ,
 Ῥωμύλε καὶ Ῥώμῃ τὴν ἡγεμονίαν αὐτῆς ἐχόντων,
 κτίζουσι Ῥώμην, ἔτος ἐνεσῶτος πρώτῃ τῆς ἐβδό-
 μης Ὀλυμπιάδος, ἣ ἦν ἐνίκα σάδιον Ἰ Δαικλῆς Με-
 σσήνιος, ἀρχόντος Ἀθήνησι ἡ Χάροπος, ἔτος τῆς
 δεκαετίας πρώτον. — Κάτων δὲ Πόρκιος Ἑλληνι-
 κὸν μὲν ἔχ ὀρίζει χρόνον ἐπιμελῆς δὲ γεόμενος,
 εἰ καὶ τις ἄλλος, εἰς τὴν συναγωγὴν τῆς ἀρχαιο-
 λογυμένης ἱστορίας, ἔτεσιν ἀποφαίνει δυσὶ καὶ τριά-
 κοντα καὶ τετρακοσίους ἡ ὑσερῶσαν τῶν Ἰλιακῶν.

Numitor
Silv.

Roma con-
dita Ol. 7. 1.

LXXIV.
p. 187. l. 9.

A 5

ὁ δὲ

cum δυνασεύει iungitur, et ἔπειτα Ἀμέλιος forsan
 redditur: tum sequitur Am. qui etc. turbatur oratio-
 nis institutae series.

- o. Νεμέτορι et mox Νεμέτωρ et Νεμέταρος in Cod. Vat.
 quae ad graecum idioma magis accedunt, sicut Νομί-
 τωρ ad latinum. Sylb.
- p. Post ἀρχῆς deesse videtur Reiskio aut πρώτῳ aut δευ-
 τέρῳ. Sed dubito an tali additamento opus sit. Mox
 pro τετρακοσιοσῶ Lapi cod. τριακοσιοσῶ. Sed men-
 dose, vt evincit Glareanus in reg. Albanor. ferie, ap.
 Sylb. cf. mox c. 74. t. et 2, 2. med. p. 238. ed. Lips.
 adde Th. Ryckii diff. XI. p. 453.
- q. vid. ind. Ὀλυμπιάς: quem et vide fis in voc. ἐνεσῶς.
- r. Alii Διοκλῆς, it. Μεσσήνιος. Hudf.
- s. Genuina lectio, Χάροπος in vulgg. illaque et infra
 vtitur Dionysius c. 75. extr. — Vat. Σιχάροπος, ad-
 iecta praecedentis vocis finali syllaba. Accusat. ἔτος
 de tempore, vt inf. l. c. Sic Io. 4, 25.
- t. Refertur ὑσερῶσαν ad κτίσιν τῆς Ῥώμης, quam in
 praecedentibus, quae hic non leguntur, diferte com-
 memo-

ὁ δὲ χρόνος ἔτος ἀναμετρηθεὶς ταῖς Ἐρατοδένους
 χρονογραφίαις, κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος πίπτει τῆς
 ἐβδόμης Ὀλυμπιάδος. ὅτι δ' εἰσιν οἱ κανόνες ὑγιεῖς,
 οἷς Ἐρατοδένους κέχρηται, καὶ πῶς ἂν τις ἀπεν-
 θύνοι τὰς Ῥωμαίων χρόνας πρὸς τὰς Ἑλληνικὰς
 P. 189. l. 4. ἐν ἑτέρῳ δεδήλωτά μοι ἡ λόγῳ — λεχθήσεται
 δὲ καὶ διὰ τῆσδε τῆς πραγματείας αὐτὰ τὰ
 ἀναγκαιότατα. ἔχει δὲ ἔτος ἡ Κελτῶν ἔφοδος,
 * καθ' ἣν ἡ Ῥωμαίων πόλις ἐάλω, συμφωνεῖται
 σχεδὸν ὑπὸ πάντων, ἀρχοντος Ἀθήνησι Πυργίω-
 νος, γενέσθαι, κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς ὀγδόης
 καὶ ἑννεηκοστῆς Ὀλυμπιάδος. ὁ δὲ πρὸ τῆς κατα-
 λήψεως χρόνος ἀναγόμενος εἰς Λεύκιον Ἴετιον Βρεῖ-
 τον καὶ Λεύκιον Ταρκύνιον Κολλατῖνον, τὰς πρῶ-
 τας ὑπατεύσαντας ἐν Ῥώμῃ μετὰ τὴν καταλύ-
 σιν τῶν βασιλέων, ἔτη περιείληφεν εἴκοσι πρὸς
 τοῖς ἑκατόν. δηλῆται δ' ἐξ ἄλλων τε πολλῶν, καὶ
 τῶν καλεσμένων τιμητικῶν ὑπομνημάτων, ἃ δια-
 δέχεται πᾶσι παρὰ πατρὸς, καὶ περὶ πολλῶν
 ποιῆται τοῖς μεθ' ἑαυτὸν ἐσομένοις, ὡς περὶ ἱερὰ
 πατρῶα, παραδιδόναί. πολλοὶ δ' εἰσὶν ἀπὸ τῶν
 τιμητικῶν οἰκῶν ἄνδρες ἐπιφανεῖς οἱ διαφυλάτ-
 τοντες αὐτὰ ἐν οἷς εὐρίσκω, δευτέρῳ πρότερον
 ἔτεσι

• Gallis
 direpra
 Ol. 98, 1.

tabulae cen-
 foriae a cen-
 forum fami-
 liis custo-
 ditae.

memoraverat. Hic interim referri potest ad Ῥώμην, cuius haud multo ante mentio facta est. χρόνος autem Ἑλληνικός, qui paulo ante dicitur, hic *Olympiadum et Archontum* annos notat. vid. Dodwelli *Appar. ad Chronol. Dionys. init.*

- ii. Eius operis non semel meminit Clemens Alex. vt *Stromat. 1, 21. p. 379. ed. Pott. ὡς Διονύσιος ὁ Ἄλικαρνασσεύς ἐν τοῖς χρόνοις διδάσκει. Casaub.*
- x. Quoniam Roma ab incurfione demum Gallorum Graecis hominibus maxime innotescere coepit, hinc putat Casaubonus, non temere Dionysium h. l. vti hac epocha, ad componenda Romanorum tempora cum temporibus Graecorum.

ἔτει τῆς ἀλώσεως, τμήσιν ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων δῆμῳ γενομένην, ἣ παραγέγραπται καθάπερ καὶ ταῖς ἄλλαις χρόνος ἔτος, „ὑπατεύοντος Λευκίῃς „Οὐαλερίῃ Ποτίτῃ καὶ Τίτῃ Μαλλίῃ Καπιτωλί- „νε, μετὰ τὴν ἐκβολὴν τῶν βασιλέων ἐνὸς δέοντι „εἰκοσῶ * καὶ ἑκατοςῶ ἔτει.“ ὥστε τὴν Κελτικὴν ἔφοδον, ἣν τῷ δευτέρῳ μετὰ τὴν τμήσιν ἔτει γε- νομένην εὐρίσκομεν, ἐκπεπληρωμένων τῶν εἰκοσι καὶ ἑκατὸν γενέσθαι. εἰ δὴ τῆτο τὸ διάστημα τῶ χρόνε τριάκοντα ὀλυμπιάδων εὐρίσκεται γενόμε- νοι, ἀνάγκη τὲς πρώτους ἀποδεχθέντας ὑπάτους ὁμολογεῖν ἀρχόντος Ἀθήνησιν Ἰσαγόρῃ παρε- ληφέναι τὴν ἀρχὴν, κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς ὀγδόης καὶ ἑξακοστῆς ὀλυμπιάδος. Καὶ μὴν ἀπό γε τῆς ἐκβολῆς τῶν βασιλέων ἐπὶ τὸν πρῶτον ἀρχάντα τῆς πόλεως ** ἀναβιβαθεῖς Ῥωμύλον ὁ χρόνος, ἔτη τέτταρα πρὸς τετταράκοντα καὶ διακοσίους ἀποτελεῖ. γνωρίζεται δὲ τῆτο ταῖς δια- ρεχθῆσιν τῶν βασιλέων, καὶ τοῖς ἔτεσιν, οἷς κατ- ἔσχον τὴν ἀρχὴν ἑκατοσι. Ῥωμύλος μὲν γὰρ ὁ κτίσας τὴν πόλιν, ἑπτὰ καὶ τριάκοντα ἔτη λέ- γεται κατασχεῖν τὴν δυναστείαν· μετὰ δὲ τὸν Ῥω- μύλου θάνατον, ἀβασίλευτος ἡ πόλις γενέσθαι χρόνον ἐνιαύσιον. ἔπειτα Νεμάς Πομπήλιος, αἰρε- θεῖς

primi Con-
sules creati
Ol. 63, 1.

LXXV.

regnatum
Romae an-
nos 244.

y. Legendum videtur τμήσιν ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων δῆμῳ, vel τμήσιν τῶν Ῥωμαίων δῆμῳ γεν. Sylb. Eodem notante, Glareanus paulo ante, pro δευτέρῳ, malit τρίτῳ, ex numeris ab auctore positus 2, 56. 57. 58. si verba diligenter perpendantur.

* καὶ ἑκατοςῶ Lapi Cod. Vat. et Glarean. eademque ar- guunt sequentia. Defunt in ed. Steph.

z. Εἰσαγόρῃ Steph. Ἰσαγόρῃ Lapi Cod. et Vat. Ἰσαγόρῃ autem restituit Sylburg ex eo loco, quem Sigonius infra lib. 5, 1. e Cod. Ven. explevit. vid. eius Emen- datt. 1, 1. et Sylb. ad l. c. p. 343. ed. Reisk.

** τῆς πόλεως Ῥωμύλον ἀναβιβαθεῖς Vat. ordine ma- gis naturali. Ῥωμύλος cum circumflexo passim in Vat. Mox Νόμας et Νόμαν vbique idem Vat. Hudf.

θεῖς ὑπὸ τῷ δήμῳ, τρεῖς καὶ τετταράκοντα ἔτη βασιλεύσαι. Τύλλος δὲ Ὀσίλλιος μετὰ Νερμῶν, δύο καὶ τριάκοντα. ^a ὁ δ' ἐπὶ τῷ βασιλεύσας Ἄγκος Μάρκιος, τέτταρα πρὸς τοῖς εἴκοσι. μετὰ δὲ Μάρκιον Λεύκιος Ταρκύνιος, ὁ κληθεὶς Πρίσκος, ὀκτώ καὶ τριάκοντα. τῶτον δὲ διαδεξάμενος Σερεσίος Τάλλιος, τετταράκοντα καὶ τέτταρα. Σερεσίον δ' ἀνελών Λεύκιος Ταρκύνιος ὁ τυραννικός, καὶ διὰ τὴν τῷ δικαίῳ ὑπεροψίαν κληθεὶς Σέπερβος, ἕως εἰκοσθ̄ καὶ πέμπτε προαγαγεῖν τὴν ἀρχὴν. τεττάρων δὲ καὶ τετταρακοντα καὶ διακοσίων ^b ἀναπολεσμένων, ἃ κατέσχον οἱ βασιλεῖς, ὀλυμπιάδων δὲ μιᾶς καὶ ἐξήκοντα, πᾶσα ἀνάγκη, τὸν πρῶτον ἀρχάντα τῆς πόλεως Ῥωμύλον ἔτει πρῶτῳ τῆς ἐβδόμης ὀλυμπιάδος παρειληφέναι τὴν βασιλείαν, ἀρχόντος Ἀθήνησι τῆς δεκαετίας Χάρροπος ἔτος πρῶτον. τῶτο γὰρ ὁ λογισμὸς ^c τῶν ἔτῶν ἀπαιτεῖ. — τὰ μὲν δὴ περὶ τῷ χρόνῳ, καθ' ὃν ἡ νῦν δυναστεύουσα πόλις ᾤκισθη, τοῖς τε πρὸ ἡμῶν γενομένοις εἰρημένα, καί μοι δοκῶντα, τοιαῦτα εἶσι.

hi faciunt
Olympia-
des 61.

- a. Verba ὁ δ' ἐπὶ — καὶ τριάκοντα defunt omnia in ed. Steph. Ex Cod. Ven. inferuit Sylburg, eaque habet et Lapi versio et Cod. Vat. Mox ὁ τυραννικός cum artic. malit Reisk.
- b. ἀναπληρωμένων Vat.
- c. *Supputatio* haec est. Consules sunt creati Olymp. 68; i. vid. supra c. 74. extr. Ab illo igitur numero si subtrahuntur anni 244, seu Olympiades 61, quibus reges regnarunt, regni eorum vrbsque adeo initium cadit in Ol, 7, 1.

III.

Vrbis Romae aedificatio.

Τὰ δὲ κατὰ τὴν ^a κτίσιν αὐτῆς γεγόμενα τῆτο LXXXV. p.
 γὰρ ἔτι μοι τὸ μέρος τῆς γραφῆς λείπεται. ^{220. l. 11.}
 νῦν ἄρχομαι ^b διηγησόμενος. ἐπειδὴ γὰρ Ἀμελίε
 τελευτήσαντος ἀνενεώσατο τὴν ἀρχὴν ὁ Νομίτωρ,
 ὀλίγον ἐπισχῶν χρόνον, ἐν ᾧ τὴν πόλιν ἐκ τῆς
 πρότερον ἐπισχέσης ἀνομίας εἰς τὸν ἀρχαῖον ἐκόσ-
 μει τρόπον, εὐθύς ^c ἐπενόει τοῖς μαιρακίοις ἰδίαν
 ἀρχὴν κατασκευάσαι, ἑτέραν πόλιν οἰκίσαις. ἅμα
 δὲ καὶ τῆ πολιτικῆ πλήθους ἐπίδοσιν εἰς εὐανδρίαν
 ἐσχηκότος, ^d ἐπαναλώσασί τι καλῶς ἔχειν ᾤετο,
 καὶ

- a. κατὰ τὴν κτίσιν αὐτὴν, Vat. Sed κτίζειν, vt et κτίσις
 h. l. non tam de *inchoata*, quam *instaurata et exaedifi-*
ficata vrbe, et *colonia eo deducta* accipi, iam ad c. 71.
 extr. monere debebam, et ex iis, quae c. 72. 73 et 74.
 init. ne plura addam loca, leguntur, satis apparet.
 Ac verba non tantum ipsa κτίζειν et κτίσις, de *in-*
stauratiōe etiam dici, tralatitium est, vt dudum vi-
 derunt viri docti, nominatimque Casaub. ad c. 74. init.
 quo et sensu *condere* saepe dicitur ap. latinos, cf. In-
 terpp. ad Eutrop. 1, 1. et ad Vict. de Or. G. R. 23.
 Sed ipse Dionysius, dum locc. citt. de pluribus ac di-
 versis Romae conditoribus disputat, quin et hanc Ro-
 muli aedificationem, τὸν τελευταῖον τῆς Ῥώμης οἰ-
 κισμὸν ἢ κτίσιν appellat, satis ostendit, se arbitrari,
 et ante iam urbem fuisse conditam, et *extruccionem*
 eam, quippe postremam, aequae *instauratiōnem* dici
 posse. Hinc ergo apparet, κατὰ τὴν κτίσιν αὐτῆς
 etiam h. l. in ipsa urbis vel aedificatione vel *instaura-*
tiōne, reddi debere, et apud Nostrium, quoties de Ro-
 mae conditu fermo est, κτίσιν, οἰκισιν, οἰκισμὸν, tum
 κτίζειν, οἰκίζειν et similia profus esse synonyma.
- b. Aut διηγῆσασθαι, aut potius ἔρχομαι διηγησόμενος
 Reisk. Posterius magis placet, vt ἔρχομαι λέξων, 3,
 42. extr.
- c. ἐπενόειτο Reisk. idem paulo ante pro ἀνενεώσατο
 malit ἀνεσώσατο, recuperaverat.
- d. ἀπαναλώσασί coni. Reisk. Sic inf. 4, 43. med.

καὶ μάλιστα τὸ διάφορον αὐτῶ ποτε γέγονε, ὡς μὴ δι' ὑποψίας αὐτὸς ἔχοι κωνασάμενος δὲ τοῖς μερακίοις, ἐπειδὴ κακίνοις ἔδοκει, δίδωσιν αὐτοῖς χωρία, ὧν ἀρξῶσιν, ἐνθα παῖδες ἐτράφησαν· ἐκ δὲ τῆ λεῶ, τό τε δι' ὑποψίας αὐτῶ γέγονε, ὡς ἔμελλε νεωτερισμῶ εἰσαυθις ἀρξῶσιν,

p. 221. l. 14.
Alba deducitur colonia,

καὶ εἴ τι ἐκείσιον ἀπανασῆναι ἐββλετο. — ὡς δ' ἀνέστησαν ἐκ τῆς Ἑλλάδος οἱ νεανίσκοι τὸν λεῶν, μίξαντες αὐτῶ τὸν αὐτόθεν, ὅσος ἦν ἐν τῶ Παλαντίῳ καὶ περὶ τὴν Σατορινίαν ὑπολιπῆς, μερί-

p. 222. l. 7.
novae urbi locus Romulo placet opp. Palantium.

ζονται τὸ πλῆθος ἅπαν * διχῆ. — τῶς μὲν ἐν αἰφάνῃ τὰ πλεονεκτήματα αὐτῶν ἦν, ἔπειτα δ' ἐξεβράγη σὺν τοιαύτῃ προφάσει. τὸ χωρίον, ἐνθα ἔμελλον ιδρύσειν τὴν πόλιν, ἢ τὸ αὐτὸ ἤρετο ἐκάτερος.

Remo Remuria

